



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 93. Titulus XIII. De Distributionibus Canonicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A. C. 1584.

*Cantores, qui moderantur chorum, cum baculo cantorali incedant: tum etiam qui præcedunt ostiarii, virgas suas, aut baculos argenteos deferant.*

*Denique sit Magister ceremoniarum in singulis Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis: aut si desit, alius instituitur.*

§. XCIII.

*Titulus XIII. De distributionibus Canonicis.*

*Labb.*  
*pag. 1082.*

**T**itulus decimus tertius argumentum de distributionibus Canonicis absolvit quatuor capitulis, in quorum primo dicitur: non dentur distributiones quotidianæ, nisi iis, qui adsunt divino officio, aut infirmis, aut iis, quos iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaverit.

Canon II. Canonici studentes proventum præbendarum suarum percipiant, juxta juris Canonici, & communis formas, aut Ecclesiæ Statuta.

Canon III. Canonicus sacrum Subdiaconatus Ordinem non adeptus, vocem in Capitulo non habeat, nec Stallum superiorem in choro ascendat, nec Canonicos Presbyteros præcedat, neque beneficia conferre possit.

Canon IV. Episcopi in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione

Sæcul. XVI.  
A. C. 1584.

sione, sive admissione ad possessionem alius dignitatis, Canonatus, præbendæ, officii, aut personatus, Cathedralis, aut collegiatæ Ecclesiæ, aut cujuscunque alterius beneficii, nullas fieri sinant proventuum deductiones, solutiones, promissiones, compensationes illicitas; nisi ubi laudabilis est consuetudo, ut in pios Ecclesiæ usus convertantur: nec inde Canonicis quidquam accrescat.

## §. XCIV.

*Titulus XIV. De Pueris choristis.*

**T**itulus decimus quartus agit de pueris ad chori obsequium destinatis, hancque in rem quinque statuit Canones, ex quibus primus ita habet. *Primum pueri idonei, ætatis convenientis, ex legitimo Matrimonio procreati, corpore non mutilato, valetudine, & voce integra eligantur, eo numero, quem quæque Ecclesia habere solet, aut debet.*

*Canon II. Sit eorum Rector, aut Præceptor bonæ & probatæ vitæ & fidei, in sacris ordinibus constitutus, aut saltem qui intra annum promoveatur, compositis moribus, non vinolentus, non percussor, non concubinariis, nec qui scandalo juventutis esse possit, non pueris nimirum indulgens, nec tamen ita severus, ut eos a munere Ecclesiastico absterreat, qui puerorum opera non abutatur ad sua peragenda negotia:*

*quis*